



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1738. usque ad annum 1740

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1786

VD18 90119355

§. 50. Præliminaria ad Scrutationes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67878](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67878)

„acsi in Curia pertractata fuissent. Tuo Sæc. XVIII.
„igitur potenti patrocínio fretus, sacra- A.C. 1740.
„tas deoscular manus.

Ex Arce S. Angeli

6. Febr. 1740.

*Humillimus ac devotissimus
Servus.*

NICOLAUS COSCIA

Cardinalis.

S. L.

Præliminaria ad Scrutationes.

His literis permoti Cardinales Co-
sciam ad S. Comitiam admittere de-
creverunt, eumque in finem Ottobonus
ad eundem epistolam misit, qua illum
adjectis tamen certis conditionibus, ad
Conclave perhumaniter invitavit. Cum
ergo Coscia sese in suo responso obse-
quiosissimum Ecclesiæ Filium profite-
retur, die decima quarta ejusdem
Mensis ex arce dimissus, quinto post die
ad vesperam solemnè pompa ad Con-
clave deductus est. Paulopost ipsemet
Ottobonus in tam gravem incidit mor-
bum, ut die vigesima quarta ejusdem
Mensis in conclavi decederet: Hunc
Fran-

Sæc. XVIII. Francia tam ardenti voto in Papan
 A.C. 1740. eligi peroptabat, ut nationis Gallicæ
 Cardinalibus ad comitia euntibus serio
 injungeretur, ut hunc præ ceteris ad
 D. Petri Cathedram promoveri cura-
 rent: Priusquam vero scrutationibus
 initium daretur, Cardinales varia con-
 didere decreta, ac præprimis statutum,
 ut extra conclave diffensionum reliquæ
 cum Sardinæ Rege, aliisque Principi-
 bus plene componerentur, dein etiam sta-
 tuebant, ut deinceps neo electus Papa
 in suum Auditorem eligere nequeat il-
 lum, cujus ministerio adhuc Cardinalis
 usus esset, nec eidem liceret, vacan-
 tium Beneficiorum redditibus frui, sed
 eos Ærario Apostolico cedere teneretur;
 sancitum quoque, Datarii munus
 imposterum nullatenus cuidam Prælato,
 sed Cardinali esse conferendum, illos
 vero, qui conjugati aut laici vulgo
 Abbates fuere dicti, deinceps habitum
 ab Abbatibus Ecclesiasticis diversum
 delaturos, atque ab eis, qui publicos
 proventus administrabant, rationem
 esse petendam &c. His aliisque inter
 se conventis, Cardinales die vigesima
 septima Martii Principem Santacrucium
 Cæsaris Oratorem exceperere, qui habito
 pereleganti sermone Congregatos hor-
 tabatur, ut sepositis privatæ utilitatis
 studiis inter tot præclara capita Virum
 eli-

eligerent, quem insigniores animi doctes, & pares tanto ministerio virtutes Pastorales præ ceteris commendant, qualemve Pastorem, ac communem Patrem præsentis Ecclesiæ universæ, rei Catholicæ, ac Romani Imperii omniumque Catholicorum Principum necessitates avide deprecant. Paulopost Tencinus Cardinalis, & Dux de Santoignano Franciæ Regis Oratores, necnon Venetæ Reipublicæ Legatus summa pompa ac magnifico apparatu Conclave ingressi, totum Purpuratorum Collegium ornatissima & copiosis sententiarum verborumque luminibus conspersa oratione honorabant.

Sæc. XVIII.
A.C. 1740.

§. LI.

Præmissæ suffragiorum scrutationes.

Peractis de more hisce solemnitatibus Cardinales ad rei summam processere, factaque iterata suffragiorum scrutatione deprehensum quod calculi in plures essent dispersi, in quosdam æquo numero, in nullum totidem, quot ad legitimam requirerentur electionem. Id vero non paucis prorsus peregrinum esse videbatur, quod duo vel tres Cardinalem Ludovicum Hispaniæ Regis Filium tum nonnisi decennem suo suffragio ornare non dubitarent, ac insuper